Joannes Baptista Albertrandi, Dei et Aplicæ Sedis Gratiâ Episcopus Zenopolitanus, Archi Diaconus, ac Vicarius in Spiritualibus, Officialisq Generalis Varsaviensis.

Dilecto Nobis in Christo Adm Rndo Chori Hebdomadario Ecclesiæ Insignis Collegiatæ et Parochlis Varsavieng Sti Joannis Baptistæ, salutem in Dño. Certis et justis causis coram Nobis expositis, animumq nrum dignè moventibus inclinati; Ut liceat Dni Tæ, vel de Ejus licentia alteri cuipiam Presbytero, Dnos Petrum Duve Juvenem, et Ludovicam Charzewska Virginem, Sponsos, Sm Matrimonium inter se contrahere volentes, dummodò alteruter Eorum sit de Parochia Dni Tæ ac invicem sibi conserint, neque Consanguinitas, affinitas, aut aliud quodvis Canonicum inter Illos intercedat impedimentum, Consensus quoque Eorum quorum interest, in id accesserit, super quibus quatenus diligenter prævio examine inquiras, Conscientiam Dni Tæ oneramus, præmissa una Denunciatione, reliquis verò duabus omissis /: super quibus dictis cum Sponsis authoritate Ordinaria dispensamus:/ in facie Ecclesiæ benedicere ac Matrimonialiter copulare, seu benedici et copulari facere, servatâ in reliquo formâ Ecclesiæ, præcipuè à Sto Conc: Tridno præscriptâ, eadem authoritate Ordinaria facultatem damus ac impertimur per præsentes. Ita tamen et non aliàs: quatenus huicce Nostro Indulto consensus etiam Illsmæ Regentiæ suffragetur. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die 21ma Novembris 1798.

Joannes Baptista Episcopus.

P. Ulnicki [signature]

Indultum super duabus Denunciationibus.

Indultum

Super 2bus Bannis omitten-
dis una cum approbatione a
Sua Dtia ex parte
Petri Dulve Iuvenis
et Ludovicæ Charzewska Virg.

1798.

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna BIBLIOTEKA Główna w Bydgoszczy
Rkp 1227/63